Toletana Canonicatus super Fructibus.

Stantibus &c.

Dub. = *An sit danda Remissoria in Casu &c.*

Reu. Pater. IN Metropolitana Toletana viget notorium statum super puritate Sanguinis Admittendorum ad Canonicatus, & Beneficia eiusdem auctoritate Apostolica confirmatum disponens, quod nonnisi Clerici, qui ab antiquis Christianis nulla Hæbreorum, aut Saracenorum, seu Hæreticorum macula infectis originem ducant, admittantur, atque præscribens modum super Informationibus, & Probationibus ab ipsis faciendis pro demonstranda sui Sanguinis puritate; Et donec Informationes huiusmodi viderentur, & ex eis constaret de qualitate sic Admittendorum nullatenùs in dicta Ecclesia admitterentur, *Summario Num.* 1.

Adest etiam in eadẽ Metropolitana Constitutio seu Consuetudo inconcusse obseruata, quod nouiter Prouisus de aliquo Canonicatu, seù Beneficio in actu quo petierit admitti, & obtulerit probationes super sui Sanguinis puritate teneatur (vt fructus abindè lucrari, & consequi possit,) assumere, & inchoare primam Residentiam, seù possessionem prouisionalem in Scamno, seù Sedili ad id destinato nuncupato *Patientiæ*, existente extra Chorum in Cappella maiori, continuandam quousque perficiantur Informationes, & discutiantur, atque approbatæ remaneant Probationes super Puritate sui Sanguinis, & admissione ad plenariam Possessionem, ac Installationem Canonicatus, seù Beneficij. Interessendo in eodem Scamno, seù Sedili Vesperis, & Diuinis Officijs absque tamen Superpelliceo, & Cappa, sed decenti habitu Clericali indutus; Qua prima residentia, seu possessione prouisionali adimpleta fructus ab illius assumptione consequitur, eadem verò non facta illos non lucratur nisi à die plenariæ possessionis, & Installationis in Canonicatu, prout testatur Præsidens Choro *Summario Num.* 2., & proùt cònsimilis Constitutio, & Consuetudo habetur in Cathedrali Pacen. recognita, & approbata per hoc Sacrum Tribunal in Pacen. *Canonicatus super Manutentinno* 18. *Martij* 1720.; *&* 10. *Ianuarij* 1721. *coràm R.P.D. Cerro*.

Cum autem D. Aduersarius Anno 1709. prouideri obtinuerit de Canonicatu eiusdem Metropolitanæ vacato per obitum Ioannis Roman dela Fuente, & Literas Apostolicas suæ prouisionis exhibuerit Reuerendissimo Capitulo non pridem quàm *die* 12. *Septem-*

bris

bris 1712. atque obtinuerit deputari Commissarium pro faciendis Informationibus, & probationibus super sui Sanguinis Puritate, non curauit tamen assumere, & inchoare residentiam, seù prouisionalem possessionem in Scamno, seù Sedili prædicto *Patientiæ*, proùt tenebatur, & ab eius arbitrio dependebat sine necessitate alicuius facultatis, vel Licentiæ, aut facti Reuerendissimi Capituli, vt in dicta attestatione Præsidentis Choro, *dicto Summario Num.*2.

Cumque visis Informationibus, & probationibus super eiusdem Domini Aduersarij Sanguinis Puritate Reuerendissimum Capitulum ex pluribus concurrentibus circumstantijs fuerit in sensu Probationes non esse completas, vt Litteræ Apostolicæ exequi possent, & D. Aduersarius ad Canonicatum admitti, hinc studuit ipse obtinere Commissionem super eorumdem Litterarum Exequtione in hoc Sacro Tribunali directam *Reuerendissimo D. Lancetta Decano*, coram quo reportauit sententiam super illorum Exequutione, & Immissione in possessionem Canonicatus, cum condamnatione Rmi. Capituli ad restituendum D. Aduersario fructus, & Æmolumenta Canonicatus de Iure debitos, & debenda, atque suis locò, & tempore proùt de Iure liquidanda *Summ. n.*3.

Ad cuius Sententiæ tenorem superuenerunt etiam in secunda, & tertia Instantia *coràm bon. mem. Ansaldo*, & *R. P. D. meo Ponente* Decreta pro processu ad vlteriora in dicta Exequutione: Atque exinde fuerunt exaduerso expeditæ Litteræ Exequutoriales compræhendentes tam æxequutionem Litterarum Apostolicarum, & pro illius effectu Immissionem in possessionem Canonicatus, quam restitutionem in genere fructuum de Iure debitorum, & prout de Iure liquidandorum, vt in dicta Sententia Reuerendissimi D. Lancetta *Summario dicto Num.* 3., & Litteris Exequutorialibus exaduerso dandis.

Præsentatis huiusmodi Exequutorialibus Reuerendissimo Capitulo sicuti ab eo fuit paritum quoad Exequutionem Litterarum Apostolicarum, & Immissionem D. Aduersarij in possessionem Canonicatus cum præseruatione suorum Iurium in deuolutiuo, in quo reperitur commissa Causa per Signaturã Iustitiæ in vlteriori Instantia; Ità fuit paritum quoad restitutionem fructuum de Iure debitorum in genere, proùt illa ingenere demandatur in dd. sententia, & exequutorialibus, protestando eodem Reuerendissimo Capitulo, fructus D. Aduersario deIure juxta consuetudinem Ecclesię non deberi ab initio, & à die exhibitionis Litterarum Apostolicarum Reuerendissimo Capitulo, & petitæ exaduerso illarum Exequutionis, seù ex quo non assumpserit. & adimpleuerit primam residentiam, seù possessionem prouisionalem assistendo Diuinis Officijs in Scamno, seù Sedili *prædicto Patientiæ*, *vt in Summario num.*4.

Pro-

Prosequente verò D. Aduersario Instantiam super Paritione etiam quoad restitutionem fructuum obtento desuper Dubio, quod hodie contemporaneè proponitur, & sub quo de Paritione satis superque in genere, vt diximus constare ostendimus *in altera Positione super eodem Dubio*; Vt dignosci, & stabiliri possit in specie, qui fructus sint de Iure debiti, & à quo tempore veniant D. Aduersario restituendi, quod omninò est necessarium. & omninò dependet à residentia prædicta, & possessione prouisionali cum assistentia Diuinis Officijs in dicto Banco, seù Sedili *Patientiæ* iuxtà consuetudinem Ecclesiæ.

Exindè Reuerendissimum Capitulum tuendo sua, & Ecclesiæ Iura dedit in actis Articulos ad probandam eamdem consuetudinem, aliaque super qualitate, & quantitate fructuum, & modo, ac conditionibus necessarijs pro illis lucrandis, vt ex tenore eorumdem Articulorum *qui dantur adnexi* Atque obtiuuit à *R. P. D. meo Ponente* subscribi præinsertum Dubium pro concessione *Remissoriæ* ad faciendas desuper opportunas probationes, in cuius hodierna discussione *Affirmatiuè esse dandam Remissoriam* resoluendum sine hæsitatione speramus proùt humilitèr supplicamus.

Remissoria enim nunquam denegatur etiam sine fumo, & indubio, quando agitur de materia profana, qualis reputatur qnoties non agitur de titulo ipso Beneficij, & quando materia articulata est releuans ad *Text. in leg. 1. Cod. de dilation. Rota decis. 573. num. 10., & seqq. coràm Bich. decis. 32. num. 1. & seqq. coràm Cels. dec. 258. num. 1. part. 14. decis. 2. num. 1. & 2. part. 19.*, & passim hoc Sacrum Tribunal non solet esse rigorosum in concedenda remissoria, ne præcludatur via faciendi probationes, exquibus Iustitiæ Veritas magis in comperto reddatur *Rota decis. 1. de Dilation. coràm Cæsar. de Grassis num. 8. & seqq. decis. 32. num. 10. & 11. coràm Cels. cum alijs in Burgen. Iurisdictionis super Remissoria 22. Martij* 1715. *coràm R. P. D. Crispo §. Pro indulgenda Remissoria Concessione &c.* Eoque magis quando materia, articulata est grauis, prout in præsens respiciens consuetudinem nostræ Metropolitanæ, & modum seruandum circa lucrandos fructus per nouitèr in illa prouisos, adnotata in *Clement. sæpe secunda §. Non sit tamen de Verb. signific. Rota decis. 280. num. 3. part. 19. recent., & in dicta Burgen. Iurisdictionis super Remissoria dicta §. Pro indulgenda &c.*

Fortiùs dum concurrit etiam fumus materiæ articulatæ ex attestatione Præsidentis Choro ità fuisse semper seruatum, & seruari *Summario num. 4.* Et ex consimili consuetudine in Ecclesia Pacen., ac desuper firmatis in dicta Pacen. Canonicatus super manutentione, itaut eo faciliùs sit locus Concessioni Remissoriæ, quæ concurrente fumo etiam in Causæ Beneficiali non denegatur, *Rot. decis. 67. num. 6. coram Priol. decis. 28. num. 4., & seq. coram Buratt., & decis. 677. num. 1. par. 1. rec.*

 De

De releuantia enim materiæ articulatæ dubitari non poteſt, cum Articulorum lectura manifeſta reddatur; *in ſecundo enim Artic* continetur conſuetudo vigens in noſtra Eccleſia inconcuſſa obſeruantia centenaria, & immemorabili ſtabilita, quod vt nouiter Prouiſus de aliquo Beneficio fructus lucrari poſſit, teneatur aſſumere & inchoare primam reſidentiam, ſeù poſſeſſionem prouiſionalem in dicto Scamno, ſeù Sedili *Patientiæ*, quæ probatio vtique releuans redditur ad determinandum à quo tempore, fructus ſint debiti, & Domino Aduerſario reſtituendi, in quo conſiſtit hodierna controuerſia, & tamquam præſeferens conſuetudinem centenariam, & immemorabilem iuxtà illam regulanda erit reſtitutio fructuum, tamquam omninò attendenda, vtpotè firmans legem ſpecialem in noſtra Metropolitana ſulcitam omni meliori titulo de Mundo, qui poteſt allegari ex centenaria, & immemorabili *Gonzal. ſuper regul.8. Cancellar. gloſs. 18. num. 45. Rota deciſ. 61 num. primo part. 2. deciſ. 542. num. 2. part. 4. recent.*, & in terminis remiſſoriæ *deciſ. 32. num. 4., & ſeqq. coram Celſ.* cum aliis vulgatis.

In *tertio Articulo* continetur, quod pro aſſumenda, & inchoanda dicta Reſidentia, ſeù poſſeſſio, & aſſiſtentia Diuinis Officijs pro lucrandis fructibus à nouiter Prouiſo non requiritur aliqua permiſſio, ſeù licentia, & factum Reuerendiſſimi Capituli, ſed pendet ab ipſius Prouiſi arbitrio, & voluntate, quod confert ad definiendam reſtitutionem fructuum, pro qua conſequenda non poteſt adduci à Prouiſo excuſatio, vel iuſtum motiuum non aſſumptæ, nec adimpletæ reſidentiæ prædictæ, vtpotè pendentis ab eius arbitrio.

In *quarto Articulo* continetur neceſſitas aſſumendi dictam Reſidentiam tam per Prouiſos quorum Informationes ſuper puritate ſanguinis nullam habuerint difficultatem, tam per illos, quorum reſpectu fuerit neceſſaria diſcuſſio, & ſuperuenerit deſuper lis, & controuerſia, quantumque illa durauerit, quod non minùs redditur releuans in caſu, de quo agitur litis deſuper diſputatæ cum D. Aduerſario, vt de ſe patet.

In *quinto Articulo* continetur, quod prædicta conſuetudo, & obſeruantia eſt omnibus nota, & omnibus notum ſcamnum prædictum Patientiæ pro dicta reſidentia deſtinatum, cuius releuantia reſultat ex quo non poterit à D. Aduerſario allegari ignorantia de eo, quod eſt publicum, & omnibus notum eſſe ſeruandum pro lucrandis fructibus ab initio, & quod ipſe D. Aduerſarius aſpirans ad Canonicatum, & eoſdem fructus lucrari prætendens ſcire tenebatur.

In ſexto Articulo continetur, quò fructus poſſint conſequi ab illis, qui primam reſidentiam in ſcamno *Patientiæ* adimpleuerint, vt ſupra conſiſtentes in illis, qui dicuntur *del Granaro, e del Veſtiario*, cuius releuantia redditur manifeſta, cum tendat ad determinandum,

qui

qui fructus sint debiti adimpleta residentia, & in quibus cadere possit liquidatio.

In septimo, & octauo Articulis continetur modus lucrandi fructus *del Vestiario* per præcisam obligationem residendi, tàm in dicto Scamno *Patientiæ* pendentibus probationibus puritatis sanguinis, quam illis expletis, & post habitam plenariam possessionem Beneficij, & Installationem in Choro residendi ibidem per integrum annum à die quo quis ingressus fuerit, & admissus in Ecclesia, & Choro, & deindè quotannis per tres menses, pro qua obligatione residentiæ euitanda nulla causa excusat quantumuis legitima pro lucrandis fructibus; In quo etiam releuantia est vndique releuans, & clara vt super fructuum debita restitutione, & liquidatione procedi, & iudicari possit.

In nono Articulo continetur redditus consistens in Anniuersarijs, dotationibus, & alijs qui debetur solum actu Inseruientibus, & Interessentibus, non autem absentibus quod cum tendat ad probandum, qui, & quoties fructus sint debiti, & quomodo veniant liquidandi controuerti non potest releuantia cum sine tali probatione, liquidatio fieri non possit; Et exindè etiam resultat releuantia *decimi Articuli* super redditibus *del Restorno de Tta*, vt considerando patet.

In vndecimo Articulo continetur, quod D. Aduersarius nunquam assumpsit, nec adimpleuit residentiam in dicto Scamno, seù sedili Patientiæ, quam pro suo arbitrio, & voluntate facere poterat, cuius releuantia est etiam patens, cum exindè determinandum veniat, An fructus Canonicatus stante dicta consuetudine Ecclesiæ potuerint à D. Aduersario lucrari, & sint debiti ad formam Sententiæ Reuerendissimi Lancettæ, & exequutorialium Rotalium.

Ex quibus cum in controuertibilis reddatur irreleuantia materiæ Articulatæ, incontrouertibilis etiam redditur concessio remissoriæ *ex supra allegatis, & vulgatis*, pro qua sufficit etiam releuantia vnius Articuli vt supra omnibus Remissoria concedatur *Rota decis.82. num.7. & seqq. coram Otthobon. decis.45. num.12. decis.74. num.2., & decis.254. num.11. coram Priol.* atque alibi passim.

Et ad effectum Concessionis Remissoriæ sufficit etiam sola dubietas releuantiæ, & quod probationes ad causam conferre valeant, de quo dubitari non potest in præsenti reseruata plenaria discussione, & contrariarum exceptionum cognitionum post illius concessionem Remissoriæ, & factas probationes, ne aliàs cum præpostera-tione ordinis Iudicij ante factas probationes negocium Principale decidatur contra Iuris dispositionem ad firmata *in decis.82. nu.22. coram Otthobon. decis.23. num.7. & decis.32. coram Cels. decis.284. num.12. coram Priol. decis.503. num.4. coram Emerix Iun.* cum alijs *in dicto Burgen. Iurisdictionis super remissoria 22. Martij 1715. coram R.P.D. Crispo §. De releuantia &c.*

Quin-

Quinimò in circumſtantijs caſus noſtri neceſſaria redditur probatio materiæ articulatæ ad effectum, vt determinari, & iudicari poſſit, qui fructus ſint debiti, & à quo tempore reſtituendi D. Aduerſario iuxtà ſententiam Reuerendiſſimi Lancetta, & Exequutoriales Rotales, & in quibus veniant liquidandi, quod ſine oblatis, & petitis per Reuerendiſſimum Capitulum probationibus dignoſci, & determinari non poteſt ex ſupra firmatis, in quibus terminis omninò neceſſaria eſt Conceſſio Remiſſoriæ neque ea poteſt denegari *Ridolphin. in prax. par.1. cap.12. num.83.*

Quare &c.


Ioſeph de Cappuccinis.

R. P. D.


C O R I O

Toletana Canonicatus ſupe
Fructibus.

P R O
Rm̃o Capitulo Toletano.
C O N T R A
Illm̃um D.Ioſephum Fernand
Iubera.



Facti ſuper remiſſoria.



Typis Zinghi, & Monaldi 17

Die 14. Jan.ij 1714